

LIBER GENESIS 12,1-20 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

**Verdeutschung von M. Buber
gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)**

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

1 Dixit autem Dominus ad Abram: egredere e terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi.

Et dixit Dominus ad Abram: Vade tibi e terra tua & e cognatione tua, & e domo patris tui, ad terram quam videre faciam te.

(L) Et dixit dominus deus ad Abram exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui et vade in illam terram quam tibi ostendero.

(H) Dixit autem dominus ad Abram egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui (et veni) in terram quam monstrabo tibi.

Dixit autem Dominus ad Abram: „Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui in terram, quam monstrabo tibi.

Da sprach ER zu Abram: „Geh für dich heraus aus deinem Lande und heraus aus deiner Verwandtschaft und heraus aus deinem Vaterhause – zu dem Lande, das ich dir zeigen werde!

E r sprach zu Abram: Geh vor Dich hin aus deinem Land, aus deiner Verwandtschaft, aus dem Haus deines Vaters in das Land, das ich dich sehn lassen werde!

2 Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum; erisque benedictus.

Et faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum: et esto benedictio.

(L) Et faciam te in gentem magnam et benedicam te et magnificabo nomen tuum et eris benedictus.

(H) Faciamque te in gentem magnam et benedicam tibi et magnificabo nomen tuum erisque benedictus.

Faciamque te in gentem magnam et benedicam tibi et magnificabo nomen tuum, erisque in benedictionem.

Und ich will dich machen zu einem großen Volke und werde dich segnen

und will deinen Namen groß machen, und sei Segen.

Ich will dich zu einem großen Stamme machen und will dich segnen und will deinen Namen großwachsen lassen. Werde ein Segen!

3 Benedicam benedicientibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi: Atque IN TE benedicentur universae cognationes terrae.

Et benedicam benedicientibus tibi: & maledicentibus tibi, maledicam. Et benedicentur in te omnes familiae terrae.

(L) Et benedicam (K) qui te benedixerit et maledicam qui te maledixerit

(I) benedicentes te et maledicam maledicentes te

(H) Benedicam benedicientibus tibi et maledicam maledicentibus tibi

(K) et benedicentur

(I) et benedicentur in te (L) omnes tribus terrae.

(H) atque in te benedicentur universae cognationes terrae.

Benedicam benedicientibus tibi et maledicentibus tibi maledicam, atque in te benedicentur universae cognationes terrae!“

Und ich werde segnen, die dich segnen(,) und wer dich erwünscht, den werde ich verfluchen, und segnen sollen sich mit dir alle Geschlechter des Erdbodens.“

Segnen will ich, die dich segnen, die dich lästern, verfluche ich. Mit dir werden sich segnen alle Sippen des Bodens.

4 Egressus est itaque Abram sicut praeceperat ei Dominus, & fuit cum eo Lot: septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran.

Et abiit Abram, quemadmodum locutus est ad eum Deus. & perrexit secum Loth. Et Abram filius quinque annorum & septuaginta annorum in exire suo de Charan.

(I) Et exi(v)it Abram quemadmodum locutus est illi dominus et abiit cum eo Loth. Abram autem erat quinque et septuaginta annorum cum exiit de Charra(n).

(H) Egressus est itaque Abram sicut praeceperat ei dominus et ivit cum eo Loth septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran.

Egressus est itaque Abram, sicut praeceperat ei Dominus, et ivit cum eo Lot. Septuaginta quinque annorum erat Abram, cum egrederetur de Charran.

Und Abram ging, wie ER zu ihm geredet hatte, und Lot ging mit ihm. Es war aber Abram 75 Jahre alt, als er auszog aus Haran.

Abram ging, wie E r zu ihm geredet hatte, und Lot ging mit ihm.

Siebzig Jahre und fünf Jahre war Abram, als er aus Charan fuhr.

5 Tulitque Sarai uxorem suam, & Lot filium fratris sui, universamque substantiam quam possederant, et animas quas fecerant in Haran; et egressi sunt ut irent in terram Chanaan: cumque venissent in eam,

Et cepit Abram Sarai uxorem suam, & Loth filium fratris sui, & omnem Substantiam suam, quam acquisierant, & animam quam fecerant in Charan, & exiverunt ad eundum in terram Chenahan, & ingressi sunt in terram Chenahan.

(I) Et sumpsit Abra[ha]m Saram uxorem suam et Loth filium fratris sui (M) et

fili hominem animam quamcumque possederat in Charran.

(H) Tultique Sarai uxorem suam et Loth filium fratris sui universamque filii substantiam quam possederant et animas quas fecerant in Haran egressi sunt ut irent in terram Chanaan cumque venissent in eam.

Tultique Sarai uxorem suam et Lot filium fratris sui universamque substantiam, quam acquisiverant, et animas, quas fecerant in Charran, et egressi sunt, ut irent in terram Chanaan; et venerunt in terram Chanaan.

Und Abram nahm Saraj, sein Weib, und Lot, seinen Brudersohn, und all ihre Fahrhabe, zu der sie es gebracht, samt den Menschen, die sie gewonnen hatten, in Haran, und sie zogen aus, um gen Kanaanland zu reisen und kamen ins Kanaanland.

Abram nahm Sfarai, sein Weib, und Lot, seinen Brudersohn, allen Zuchtgewinn, den sie gewonnen, und die Seelen, die sie sich zu eigen gemacht hatten in Charan. Sie fuhren aus, in das Land Kanaan zu gehen. Sie kamen in das Land Kanaan.

6 Pertransivit Abram terram usque ad locum Sichem, usque ad convallem illustrem: Chananaeus autem tunc erat in terra.

Et transiit Abram in terram usque ad locum Sechem, usque ad quercum Moreh. Et Chenahanaeus tunc in terra.

(M) Et perambulavit Abra[ha]m usque ad locum Sychem (E) ad quercum altam.

(H) Pertransivit Abram terram usque ad locum Sychem usque ad convallem illustrem Chananeus autem tunc erat in terra.

Pertransivit Abram terram usque ad locum Sichem, usque ad Quercum Moreh. Chananaeus autem tunc erat in terra.

Und Abram ging vorwärts im Lande bis zum Orte Sichems, bis zur Weiserterebinthe. Und dabei der Kanaaniter im Lande!

Abram durchquerte das Land bis zum Weihplatz von Sichem, bis zur Steineiche des Rechtweisers. Der Kanaaniter war aber damals im Land.

7 Apparuit autem Dominus Abram, et dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc:

Qui aedificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei.

Et visus est Deus ad Abram, & dixit: Semini tuo dabo terram hanc. Et aedificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ad eum.

(E) Et visus est dominus deus Abrae et dixit illi semini tuo dabo terram istam et aedificavit ibi Abram altare domino qui visus est ei.

(H) Apparuitque dominus Abram et dixit ei semini tuo dabo terram hanc qui aedificavit ibi altare domino qui apparuerat ei.

Apparuit autem Dominus Abram et dixit ei: „Semini tuo dabo terram hanc.“ Qui aedificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei.

Da erschien ER dem Abraham und sprach: Deinem Samen werde ich dieses Land geben! Und er baute dort einen Altar, IHM, der ihm erschienen war.

E r ließ von Abram sich sehen und sprach: Deinem Samen gebe ich dieses Land. Er baute dort eine Schlachtstatt I h m, der von ihm sich hatte

sehen lassen.

8 Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, et ab oriente Hai: aedificavit quoque ibi altare Domino, et invocavit nomen eius.

Et evulsit (?) se inde ad montem ab oriente ipsi Bethel. Et tetendit tentorium aedificendum suum: Bethel a mari, & Hai ab oriente. Et aedificavit ibi altare Domino, & invocavit in nomine Domini.

(E) Et recessit inde in montem contra orientem Bethel et statuit ibi tabernaculum suum Bethel secundum mare Agge contra orientem et aedificavit ibi altare domino deo et invocavit in nomine domini (S) dei qui ei visus est.

(H) Et inde transgrediens ad montem qui erat contra orientem Bethel tetendit ibi tabernaculum suum ab occidente habens Bethel et ab oriente Ai aedificavit quoque ibi altare domino et invocavit nomen eius.

Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum ab occidente habens Bethel et ab oriente Hai; aedificavit quoque ibi altare Domino et invocavit nomen Domini.

Und er rückte von dort fort, bergan, östlich von Bethel, und spannte sein Zelt aus, Bethel im Westen und Ha-Ai im Osten, und er baute I H M dort einen Altar und rief SEINEN Namen an.

Von da rückte er vor zum Gebirge, östlich von Bet-El, und spannte sein Zelt, Bet-El im Westen und Ai im Osten. Dort baute er I h m eine Schlachtstatt und rief den N a m e n aus.

9 Perrexitque Abram vadens, et ultra progrediens ad Meridiem.

Et profectus est Abram, eundo & proficiscendo ad meridiem.

(I) Et abiit Abra[ha]m et demoratus est in deserto.

(H) Perrexitque Abram vadens et ultra progrediens ad meridiem.

Perrexitque Abram de mansione in mansionem usque ad Nageb.

Und Abram zog auf dem Wege immer weiter, dem Negeb zu.

Dann zog Abram fortgehenden Zugs nach dem Südstrich.

10 Facta est autem fames in terra: descenditque Abram in Aegyptum, ut

peregrinaretur ibi: praevaluerat enim fames in terra.

Et fuit fames in terra. Et descendit Abram in Aegyptum, ad peregrinandum ibi, quia gravis fames in terra.

(I) Et facta est fames super terram et descendit Abram in Aegyptum habitare ibi quoniam invaluerat fames super terram.

(H) Facta est autem fames in terra descenditque Abram in Aegyptum ut peregrinaretur ibi praevaluerat enim fames in terra.

Facta est autem fames in terra; descenditque Abram in Aegyptum, ut peregrinaretur ibi; praevaluerat enim fames in terra.

Es war aber eine Hungersnot im Lande(,) und Abram ging hinab nach Ägypten, um dort zu verweilen, denn schwer war die Hungersnot im Lande.

Eine Hungersnot war im Lande. Abram wanderte hinab nach Ägypten, dort zu gasten, denn schwer war der Hunger im Land.

11 Cumque prope esset ut ingrederetur Aegyptum, dixit Sarai uxori suae;

Novi quod pulchra sis mulier:

Et fuit ut cum appropinquavit ad ingrediendum Aegyptum, & dixit ad Sarai uxorem suam: Ecce nunc cognovi, quod mulier pulchra aspectu tu.

(H) Cumque prope esset ut ingrederetur Aegyptum dixit Sarai uxori suae novi quod pulchra sis mulier.

Cumque prope esset, ut ingrederetur Aegyptum, dixit Sarai uxori suae:

„Novi quod pulchra sis mulier.“

Es geschah aber, als er nahe daran war, in Ägypten einzutreten, sprach er zu Sara seinem Weibe: Siehe doch, ich weiß, dass du ein Weib schön von Ansehen bist.

Als er nun Ägypten nahkam, sprach er zu Sfarai, seinem Weib: Da, ich weiß doch, dass du ein Weib schön anzusehn bist.

12 Et quod cum viderint te Aegyptii, dicturi sunt; Uxor ipsius est: et interficient me, et te servabunt.

Et erit, cum viderint te Aegyptii, & dicent, Uxor eius haec: & occident me, & te facient vivere.

(A) Erit ergo cum te viderint Aegyptii dicent quia uxor illius haec

(X) occident me te vero reservabunt.

(H) Et quod cum viderint te Aegyptii dicturi sunt uxor ipsius est et interficient me et te reservabunt.

Et quod, cum viderint te Aegyptii, dicturi sunt: "Uxor ipsius est; et

interficiet me et te reservabunt."

**So wird es denn geschehen, wenn die Ägypterleute dich sehen und sagen:
„Sein Weib ist die da! Sie [werden] mich umbringen und dich am Leben
lassen.“**

**Wenn dich nun die Ägypter sehn und sprechen: Sein Weib ist die,
werden sie mich umbringen und dich leben lassen.**

13 Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis: ut bene sit mihi propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui.

Dic quaeso: soror mea tu, ut bene sit mihi propter te, & vivat anima mea propter te.

(X) Dic ergo quod soror mea sis ut bene mihi sit et vivat anima mea propter te.

(H) Dic ergo obsecro te quod soror mea sis ut bene sit mihi propter te et vivat anima mea ob gratiam tui

Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, et vivat anima mea ob gratiam tui.”

**Sage es doch! – Meine Schwester bist du! Damit mir wohl sei
deinetwegen, und meine Seele anflehe um deinethalben.”**

**Sprich doch, du seist meine Schwester, damit mir um deinetwillen Gutes
geschehe, ich selber deinethalb lebe.**

14 Cum itaque ingressus esset Abram Aegyptum, viderunt Aegyptii mulierem quod esset pulchra nimis.

Et fuit, cum ingrederetur Abram Aegyptum, & viderunt Aegyptii mulierem, quod pulchra ipsa valde.

(A) Factum est autem statim ut intravit Abram in Aegyptum videntes Aegyptii mulierem (I) quia speciosa erat valde.

(H) Cum itaque ingressus esset Abram (in) Aegyptum viderunt Aegyptii mulierem quod esset pulchra nimis.

Cum itaque ingressus esset Abram Aegyptum, viderunt Aegyptii mulierem quod esset pulchra nimis.

Und es geschah, als Abram in Ägypten eintrat, da sahen die Ägypterleute das Weib, dass es gar schön war.

Als nun Abram nach Ägypten kam, sahn die Ägypter das Weib, dass es sehr schön war.

15 Et nuntiaverunt principes Pharaoni, & laudaverunt eam apud illum: & sublata est mulier in domum Pharaonis.

Et viderunt eam principes Parhoh, & laudaverunt eam ad Parhoh. Et sublata est mulier in domum Parhoh.

(O) Et viderunt eam principes Pharaonis et laudaverunt eam ad Pharaonem et introduxerunt eam in domum Pharaonis.

(H) Et nuntiaverunt principes Pharaoni et laudaverunt eam apud illum et sublata est mulier in domum Pharaonis.

Et viderunt eam principes pharaonis et laudaverunt eam apud illum; et sublata est mulier in domum pharaonis.

Und es sahen sie die Fürsten Pharaos und priesen sie für Pharao, und so

war die Frau an den Hof Pharaos geholt.

Die Höflinge Pharaos sahn sie und priesen sie dem Pharao, und das Weib wurde weggenommen, in Pharaos Haus.

16 Abram vero bene usi sunt propter illam: fueruntque ei oves & boves, & asini, & servi & famulae, & asinae & cameli.

Et ipsi Abram benefecit propter eam. Et fuit ei pecus atque(?) bos & asini, & servi, & ancillae, & asinae, & cameli.

(O) Et Abram benefecit propter eam et fuerunt ei oves et armenta et asini et servi et ancillae, muli et cameli.

(H) Abram vero bene usi sunt propter illam fueruntque ei oves et boves et asini et servi et famulae et asinae et cameli.

Abram vero bene usus est propter illam; fueruntque ei oves et boves et asini et servi et famulae et asinae et cameli.

Und dem Abram erwies er sich gnädig um ihrethalben, und es war ihm Kleinvieh und Rinder und Esel und Knechte und Mägde und Reittiere und Kamele.

Dem Abram tat er Gutes um ihretwillen, ihm wurden Schafe und Rinder Und Eselhengste, Knechte und Mägde, Graustuten und Kamele.

17 Flagellavit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai uxorem Abram.

Et percussit Dominus Parhoh percussionibus magnis, & domum eius, propter verbum Sarai uxoris Abram.

(I) Adflixit autem dominus Pharaonem afflictionibus (E) magnis et saevissimis et domum eius propter Sarai uxorem Abrae.

(H) Flagellavit autem dominus Pharaonem plagis maximis et domum eius propter Sarai uxorem Abram.

Flagellavit autem Dominus pharaonem plagis maximis et domum eius propter Sarai uxorem Abram.

Da marterte *ER* den Pharao mit gewaltigen Martern und seinen Hof, von wegen Sara, des Weibes Abrams.

E r aber schädigte den Pharao mit großen Schäden, und auch sein Haus, wegen Sfarais, des Weibes Abrams.

18 Vocavitque Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam est hoc quod fecisti mihi?

Quare non indica(vi)sti quod uxor tua esset?

Et vocavit Parhoh ad Abram, & dixit: Quid hoc fecisti mihi ? Ad quid non indica(vi)sti mihi quod uxor tua ipsa ?

(S) Vocavit autem Farao Abram et dixit ei (E) quid hoc fecisti mihi quare non

(S) indicasti mihi quia uxor tua esset.

(I) dixisti (mihi) quia uxor tua est.

(H) Vocavitque Pharao Abram et dixit ei quidnam est quod fecisti mihi quare non indicasti quod uxor tua esset.

Vocavitque Pharao Abram et dixit ei: “Quidnam est hoc quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi quod uxor tua esset?”

Da ließ Pharao den Abram rufen und sprach: „Was hast du mir da getan? Warum hast du mir nicht gesagt, dass es dein Weib ist?“

Pharao ließ Abram rufen und sprach: Was hast du mir da getan! Warum meldetest du mir nicht, dass sie dein Weib ist?

19 Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem?

Nunc igitur ecce coniux tua; accipe eam, & vade.

Ad quid dixisti Soror mea ipsa ? Et tuli eam mihi in uxorem.

Et nunc ecce uxor tua, cape & vade.

(S) Et quare dixisti soror mea est et ecce accipi eam mihi in uxorem et nunc ecce uxor tua ante te est accipe eam et recurre.

(M) Sed dixisti mihi quia soror tua est et sumpseram eam mihi uxorem et nunc ecce mulier tua ante te accipe et recurre hinc.

(H) Quam ob causam dixisti esse sororem tuam ut tollerem eam mihi in uxorem nunc igitur ecce coniux tua accipe eam et vade.

Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc igitur, ecce coniux tua: accipe eam et vade!”

Warum hast du gesagt: Meine Schwester ist sie, so dass ich sie mir zum Weibe ersah? Also siehe, dein Weib, nimm und geh!

Warum sprachst du: Meine Schwester ist sie? Und so nahm ich sie mir zum Weib. Jetzt aber, hier ist dein Weib, nimm sie und geh!

20 Praecepitque Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum, & uxorem illius, & omnia quae habebat.

Et praecepit super eum Parhoh viris, & dimiserunt eum, & uxorem eius, & omne quod ei.

(S) Et mandavit Farao viris pro Abram ut deducerent eum et uxorem eius et omnia quaecumque erant ei et Loth cum eo.

(H) Praecepitque Pharaos super Abram viris et deduxerunt eum et uxorem illius et omnia quae habebat.

Praecepitque Pharaos super Abram viris; et deduxerunt eum et uxorem illius et omnia, quae habebat.

Und Pharaos beorderte Herren, und sie geleiteten ihn und sein Weib und alle seine Habe.

So entbot Pharaos ihm Mannschaft, die geleiteten ihn und sein Weib und alles, was sein war.